



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1663

S. Genoveva Virgo. 3. Ian.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41940

S. GENOVEFA VIRGO. 3.Ian.

Non ego GENOVEFAM laudem, cùm vel parentes ejus, quòd tales genuissent, B. Germanus laudarit. Transfribat hic Lutetiâ Parisiorum in Britannias Pelagianos oppugnaturus, cùm GENOVEFAM parvulam tunc puellam intuitus, latere in eâ ingentem virtutem vidit. Itaque blandissimis verbis vitæ religiosæ studium tenellæ suasit. At illa jam tunc annuit. Ergo mnemosynon capit nummum Cruce insignem, jubeturque è collo suspendere, nullo dehinc muliebri mundo temerando. Arrha fuit hic nummus Christi sponsæ, neque fecellit. Noluit deinceps parvula domi agere, sed sui officii identidem clamatbat esse, templa frequentare. Quare fuit, cùm lacrimis suis molestam & clamoribus mater alapâ castigaret. At continuò cæca facinus suum vidiit. Lucem deinde biennio pòst à filiâ, cui dederat lucem, recepit. Cæterum hæc velo inter virgines involuta Parisiensibus contra omnes Attilæ exercitus unicum præsidium fuit. Cibum non nisi bis in hebdomade, vinum virginitatis venenum nunquam admisit. Quoties cælum aspergit, hoc gaudiis, illa lacrimis pluere visa. Virtutem in absence Simeon Stylites laudavit, & sèpiuscule salutavit per

num-

4.Ian. VITÆ SANCTORIUM. 17
nuntios. Apud Reges quoque Childeri-
cum & Clodoveum tantum potuit, ut à
morte virgo absolveret, quos judices
damnârunt. Sed parum hoc est, quando
idem apud D E U M potuit, & lectulo
damnatos ægros passim à morbis absol-
vit. Quid? quòd quem abstulerat jam,
imperio GENOVÆ puerum mors redi-
dit; credo ut ne deesset, qui virginem
Matrem clamaret. Ex Sur. & Lippel.

Per Baptismatis Sacramentum Spiritus
S. factus es templum: noli tantum habita-
torem pravis de te actibus effugare, & Dia-
boli te iterum subjecere servituti, quia
preium tuum sanguis est Christi, qui in
veritate te judicabit, qui misericorditer
te redemit. S. Leo ferm. I. de Nat.
Christ.

S. RIGOBERTUS EP. 4.Ian.

D Iscite, qui allenam nobilitatem non
aliter ac hereditatem aditis, amplius
etiam vestrâ operâ hanc condecorare;
in domi vestræ hoc est, apud animum
vestrum veram nobilitatem quærere.
Nos eâ in re doctorem ecce vobis Rigo-
bertum suggerimus: hic gentis suæ splen-
dorem literis, literas pietate illustravit:
hanc Rheinenses insulâ ornarunt: il-
le iterum hanc multis magnisque vir-
tutibus, velut gemmis distinxit. Sacer-
dotes prius id loci in unum coëgit,

B

cc-